



**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

In Tit. XXVII. De Clerico Excommvnicato, Deposito, Vel Interdicto  
Ministrante.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

IN TIT. XXVII. DE CLERICO EXCOMMUNICATO, DEPOSITO,  
VEL INTERDICTO MINISTRANTE.

## SUMMARIA.

1. Clericus excommunicatus ministrans qualiter puniatur.
2. Et quid si minori tantum excommunicationi sit obnoxius.

**A**rguuntur deinceps vitia, quæ Clerici peculiariter committunt circa sacros ordinates & eorum ministeria: ut si quis Clericus, sciens/nam si id ignoranter agat, & non sit erasius vel supina & erronea ignorantia, sed probabilis, minus est periculis, c. Apostolica 9. & cap. Illud s. hoc sit juxta illud, Misericordiam merui, quia ignorans feci) se censura aliqua Ecclesiastica sive excommunicationis, sive suspensionis, sive interdicti implicatum esse, munus sui Ordinis, quo initiatus est, præsumat exequi, irregularitatis pœnam incurrit, cap. Medicinalis De sent. excommunicab. 6. d. e. Apostolica, Gloss. in cap. Clerici 3. ad V. monisi hoc sit. Quiniam excommunicatus, si perga tecum divinam facere, & ab officio deponitur & bene-

ficio, d. cap. Clerici d. c. Fraternitatis, d. cap. Illud hoc sit. ubi punitur, qui per solum rumorem accepérat se à superiori fuisse excommunicatum. Porid si ne sic quidem monitus desistat, modis omnibus excommunicatus curia sacerdotali traditur, ut vadat in exilium, cap. Si quis presbyter & hoc sit. Sed prædicta accipienda lute de majori excommunicatione: nam si tale quid faciat, qui minori tantum est obnoxius, & quam mortale peccatum secum adducit, licet graviter peccet, ut textus ait, nullius tamen irregularitatis notam incurrit, cap. Si celebrat fin hoc sit. Ratio diversitatis, quod minor excommunicatio, quamvis reddat quempiam incapacem sacramentorum, non efficiat tamen in idoneum ministrum. Et hoc est, quod ait Pont. in c. Quasitum sup. De cohabitu. Cleric. & mulier. quod mortaliter peccantes, ut fornicarii, quamvis quoad seipso, non tamen quoad alios sint suspensi, quibus obid sacramenta possunt administrare, nisi peccatum penitus si notorium, sive per sententiam, sive per confessionem, sive per rei evidentiam, ut jam non sit locus tergiversationi.

## IN TIT. XXVIII. DE CLERICO NON ORDINATO MINISTRANTE.

Canis. lib. I. tit. 7. §. 20.

**P**ecant etiam illi, qui ordinis alicujus ministerium audent exercere, quo non sunt insigniti: ut si simplici tonsurā, qui primus est Clericorum character, cap. fin. De Clerico conjug. vel minoribus ordinibus tantum imbutis, suacionem Diaconi vel Sacerdotis subeat: proinde efficiuntur irregularis, deinde repellitur à suscepione illius ordinis, cuius ministerium intercepit, cap. 1. &c. hoc sit. ubi textus tamen addit, quod misericorditer beneficium ipsi relinquatur, ne cum opprobrio totius ordinis ad sacerdotalia cogatur redire.

## IN TIT. XXIX. DE CLERICO PER SALTUM PROMOTO.

Canis. d. lib. I. tit. 9.

**P**ari vitio laborat, qui per saltum promovetur, hoc est, prætermisso priori Ordine, vel etiam simplici tonsurā, Ordinem suscipit dignorem: ut si Subdiaconus fiat immediate Sacerdos. Quisquis enim hoc facit, constitutionem Ecclesiaz violat, quia jubetur Clericus non: si gradatim Ordines suscipere, id est, ut in signiti

tonsuram primū fiant Ostiarii, Lectores, Exorcistæ, Acolyti (quod uno die fieri potest, e. z. h. ist. seq.) deinde Subdiaconi, Diaconi & Sacerdotes, can. Illud nosc. In singulis 77. dist. idque distincto ac præfinito a tatis tempore, Conc. Trid. Sess. 27. cap. 12. de reform. corrigenz hac in parte antiquos Canones & Clement. quæ incipit Generalem, De statu

VIII. 3. &amp; qua-